



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Sectio VII. De Effectu Sacramenti Eucharistiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)

SECTIO SEPTIMA

De Effectu Sacramenti Eucharistiae.

1.
Tridentinum
de Eucharistia
effectus.

Concilium Tridentinum agens de ratione institutionis Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sess. 13. cap. 2. varios enumerat ejus effectus dicens: Sumi autem voluit (Salvator noster)

Sacramentum hoc, tamquam spirituales animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vitam illius, qui dicit: Qui manducat me & ipse vivet propter me, & tamquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus preservemur. Pignus praeterea id esse voluit futurae nostrae gloriae, & perpetuae felicitatis, adeoque symbolum animi illius corporis, cuius ipse caput existit, cuius nos, tamquam membra arctissima, fidei, spei, & charitatis connexionem adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata. Et can. 5. ejusdem sess. Si quis dixerit, vel praecipuum fructum Sanctissime Eucharistiae esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire, anathema sit.

Quæris autem, quis sit ergo praecipuus fructus? Resp.

CONCLUSIO I.

Praecipuus fructus, sive effectus Eucharistiae est augmentum gratiae sanctificantis, per modum spiritualis nutritionis.

1.
Tridentinum
de Eucharistia
effectus.

Est de fide, ut patet ex Tridentino sess. 13. cap. 2. mox allegato. Consonat Florentinum in decreto Eugenii, loquens de effectu Eucharistiae, ibi: Huius Sacramenti effectus, quem in anima operatur dignè sumentis, est adunatio hominis ad Christum.

Ac ne libera tribueretur errandi facultas, explicans dictam adunationem, addit: Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius unitur: consequens est quòd per hoc Sacramentum in sumentibus digne gratia augetur; omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, suscitando, augendo, reparando, & delectando, Sacramentum hoc quoad vitam operatur spirituales, in quo (ut inquit Urbanus Papa) gratiam Salvatoris nostri recensimus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum profectum incrementum. Quid illustrius dici poterat?

Accedit nihilominus perpetua traditio Ecclesiae, quæ ita intellexit illa verba Apostoli

1. Cor. 11. v. 28. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, ut non liceat in istum peccati mortalis ad hoc Sacramentum accedere.

Hujus traditionis testes se exhibent omnes Sancti Patres, qui de effectu Eucharistiae mentionem fecerunt: nominatim Divus Chrysostomus Homiliâ 83. in Matth. Demomaco, inquit, peior est, qui peccati (scilicet mortalis) sibi conscius accedit. Et Homiliâ 45. in Joan. Si purè accessisti, ad salutem accessisti, si in prava conscientia, ad poenam & supplicium. Divus Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. 9. sic ait: Nemo cibum accipit Christi, nisi qui fuerit antea sanatus. Et infra: Ubique ergo mysterii ordo servatur, ut prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, post attonia mensa caelestis exhibeatur.

Sed quid Divus Augustinus? Nonne, interrogat Tract. 16. in Joannem, buccella Domini venenum fuit Iudæ? Et tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intravit, non quia malum accepit; sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo Fratres: panem caelestem spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apponate. Plura testimonia vide apud Bellarminum lib. 4. de hoc Sacramento cap. 18.

Ex hac ergo Ecclesiae & Patrum doctrina rectè concluditur, Eucharistiam non esse per se primò institutâ ad peccati mortalis remissionem primam gratiam: alioquin non necessariò in suscipientibus illam supponeret, quod tamen Ecclesia docet, ut vidimus, & inferitis; ubi de dispositione spirituali suscipientis, iterum videbimus. Si autem non est per se primò ordinata ad primam gratiam; ergo ad augmentum gratiae: quia omnia Sacramenta aliquo modo per se primò ordinantur ad gratiam sanctificantem. Si verò ad gratiae augmentum, certè non nisi per modum spiritualis nutritionis, ut Patres citati docent, & pervium est ex differentia inter hoc Sacramentum, & cætera, de qua egimus Sect. 1. conclus. 1.

Et ita patet Conclusio per singulas partes, & ex ultima parte sumitur congruentia prima; quia cum hoc Sacramentum significet, & operetur per modum cibi spiritualis, supponit, & auget vitam, non confert; quia cibus non nutrit mortuum, sed vivum. Unde Divus Basilius lib. 1. de Baptismo cap. 13. Qui per baptismum, inquit, regeneratus est, participatione divinatorum mysteriorum deinceps nutritur de-

cujus testes sunt SS. Patres.

D. Chrysostomus.

D. Ambrosius.

S. Augustinus.

Bellarminus.

Congruentia.

Cibus non nutrit mortuum, sed vivum.

D. Basilius.

¶ g 3 Verum

4. Verumenimverò quoniam noctuis claritas solis non minores tenebras, quàm aquilis nox ipsa parit, Calvinus, Kemnitius, & alii Hæretici ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, volunt Eucharistiam primariò institutam ad remissionem peccatorum. Fundamentum accipiant ex illo, quod dicitur de Calice Matth. 26. v. 28. *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et de specie panis Joannis 6. v. 33. *Panis enim Dei est, qui descendit de celo, & dat vitam mundo.*

& quibusdam Patrum sententis, Item ex Patribus, Divo Chryostomo Homilià 83. in Matth. ubi comparans hoc Sacramentum cum agno Paschali ait: *Si hoc remissionem peccatorum facit, sicut certè facit, illud supervacaneum omnino est.* Præterea ex Divo Damasceno lib. 4. de Fide cap. 4. ubi dicit: *Is, qui hoc Sacramentum per fidem dignè suscipiunt, in peccatorum remissionem & vitam eternam, animiq; & corporis præsidium cedit.*

ac sensu Ecclesie. Idem videri potest indicare Ecclesia in multis orationibus Missæ; in quibus tribuit Eucharistia, non solum quòd sit *fortitudo fragilium*; sed etiam *Abolutio scelerum.*

Explican- tur SS. Pa- tres vel de remissione venialium, vel de remissione poenæ. Porro hæc omnia per unam aut alteram observationem, velut favilla æstivæ aræ turbine dissipata, evanescent. Prima est, Patres aliquando generatim loqui de remissione & venialibus. Secunda, quando loquuntur de sceleribus seu gravioribus peccatis, non loquuntur de illis quoad reatum culpæ, sed poenæ, quem reatum tollit hoc Sacramentum; non quidem ut Sacramentum, sed ut Sacrificium est, uti infra patebit.

Eodem modo explicari potest illud Matth. *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quæ effusio representativè fit in Missæ Sacrificio, ubi Sanguis à Corpore separatim ponitur ex vi verborum. Ut omittam illum locum non immeritò intelligi de Sacrificio cruento, quod erat Dominus oblatus in monte Calvaria; à quo omnia Sacramenta acceperunt suam vim sanctificandi, & remittendi peccata.

5. Tertia observatio, quando hoc Sacramentum dicitur dare vitam animæ, sensus est, quòd illam conserveat, præservando (ut dicit Trident. suprà) à peccatis mortalibus; sicut panis usualis dicitur vita hominis, quia vitam sustentat. Unde optimè Cyprianus, vel quisquis est auctor apud Cyprianum, Serm. de Cœna Domini: *Sicut panis communis vita est corporis, ita supersubstantialis vita est animo.* Hanc autem præservationem præstat augendo habitum dilectionis Dei, extinguendo affectum vitiorum, & conciliando auxilia gratiæ actualia, quibus animus excitatur & adjuvatur in via mandatorum Dei.

Item verba Ecclesie, Atque hæc ratione, ut indicat Doctor Angelicus 3. parte q. 79. art. 3. ad primum, Tribuitur Eucharistia, quòd sit *Ablutio scelerum.*

8. Thomas.

Hæc sunt verba D. Thomæ: *Ad primum dicendum, quod petimus ut hoc Sacramentum sit ablutio scelerum; vel eorum quorum conscientiam non habemus (secundum illud Psalmi: Ab occultis meis munda me Domine) vel ut contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem; vel etiam ut nobis robur detur ad scelera vitanda.*

Ecce hæretica pravitas cardinalibus suis laxata. Verbo autem ut absolvam:

CONCLUSIO II.

Eucharistia liberat à culpis quotidianis, & præservat à peccatis mortalibus.

6. Quid Eucharistia aliquando liberet à peccatis mortalibus, satis diximus disp. 1. Eucharistia quando liberat à mortalibus. sect. 5. conclus. 4. & quia nihil novi occurrit dicendum, transeo ad remissionem peccatorum venialium, quæ disertis verbis traditur à Concilio Trident. suprà; eamque antea docuerant omnes Theologi ex infinitis propemodum testimoniis SS. Patrum, quæ vide apud alios quia obvia & evidentissima, ita ut non videatur relictus ambigendi locus.

Equidem dubitatur hodie à multis de modo, quo hæc sunt per Sacramentum, an videlicet remittantur peccata venialia immediatè, & ex opere operato, sicut remittuntur per Baptismum, Pœnitentiam, & Extremam Unctionem; an verò tantum mediatè, quatenus Eucharistia confert actualia gratiæ auxilia, quibus mediantibus excitantur charitatis & contritionis actus, immediatè remissivi peccatorum venialium ex opere operantis.

Suppono ex disp. 1. sect. 4. conclus. 4. Singula Sacramenta præter gratiam habitalem conferre auxilia quædam specialia, quibus homo juvetur ad cuiusque Sacramenti finem obtinendum. Ergo Eucharistia confert specialia auxilia seu gratias actuales ad fervorem charitatis excitandum, & affectum communicantis per amorem convertendum in Christum, ut probat ratio cibi & potûs, atque illud Christi Joan. 6. v. 57. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo; utique per charitatem, de qua testatur Joan. Epistola 1. cap. 4. v. 16. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

Quid ergo miramur, quòd illi, qui sepiùs cum debita animi præparatione communicant, rarissimè, imò nunquam peccent mortaliter? Si quis diligit me, ait Christus Joan. 14. v. 23. *sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus.* Felix mansio, quæ sic Deus hominem interius corroborat, atque exterius prævenit,

6. Eucharistia quando liberat à mortalibus.

8. repleti ter à quod dicitur.

7. Liberat enim à peccatis mortalibus.

8. Joan. 6.

9. qui sepiùs cum debita animi præparatione communicant, rarissimè, imò nunquam peccent mortaliter?

10. Si quis diligit me, ait Christus Joan. 14. v. 23. sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus.

11. Felix mansio, quæ sic Deus hominem interius corroborat, atque exterius prævenit,

& protegit, ut vel represso dæmone, & amotis occasionibus à tentacionibus liberet, vel ad eas superandas specialia auxilia & gratias tribuat.

7. Efficacitate ergo, inquit S. Ignatius Martyr in Epistola ad Ephes. frequenter accedere; quando enim assidue hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Sathanae. Et D. Chryf. Homilia 45. in Joan. & Homilia 61. ad Populum; Hic sanguis demonis procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit; demones enim cum Dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem concurrunt.

8. Adhuc miramini? Hic est panis de calo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Joan. 6. v. 50. Potius admiratione dignum videtur, hominem tot gratis corroboratum, præventum & protectum, sponte sua ruere in peccatum. Sed cum dico, sponte sua, cessat omnis causa admirationis. Neque enim Deus sic gratia sua hominem in hac vita corroborat, prævenit & protegit, quin in potestate liberi arbitrii sit peccare.

Habet quippe unusquisque (utor verbis D. Aug. lib. 2. de actis cum Felice cap. 4.) in voluntate aut eligere que bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere que mala sunt, & esse arbor mala; dicente Domino Matth. 12. v. 33. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Cum ergo dicit (prosequitur idem S. Doctor, ac divinæ gratiæ fidelissimus Assertor) aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat, non naturam.

Nam si natura, inquit ille lib. de duabus animabus cap. 12. non voluntate faciunt; id est, si libero ad faciendum, & ad non faciendum motu animi carent; neque si bonum eligerent (verba sunt Divi Aug. lib. de actis cum Felice cap. 4.) præmium eius acciperent; neque si malum eligerent, penam eius sentirent. Quod non est contra gratiam Dei, (inquit lib. 1. Retract. cap. 22.) quam predicamus. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem, sed illa potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

9. Equidem teste Ecclesiastico cap. 15. v. 18. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, habitur illi; vel ut legit D. Aug. lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 2. In conspectu vita & mors, & quodcumque placuerit, dabitur ei. Et illic subjungit, Ecce aperti sunt videremus expressam liberum humanæ voluntatis arbitrium.

10. Ne autem quispiam putaret liberum arbitrium posse à semetipso fructum aliquem ferre, cap. 4. sic incipit dicere: Sed metuendum est, ne ista omnia divina testimonia, & quæcumque alia sunt, que sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrii sic intelligantur, ut ad vitam piam & bonam conversationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratia Dei locus non relinquatur.

Scitè dixit S. Prosp. lib. 2. de Vocat. Gen. cap. 12. Multis, qui iam iudicio rationis utuntur, ideo liberum est discedere à Deo, ut non discēssisse sit præmium: & ut quod non potest, nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.

Quapropter de perseverantia munitur (verba sunt Trident. sess. 6. cap. 13.) de quo scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: Quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum, qui stat, statuere ut perseveranter stet, & eum, qui cadit, restituere: nemo (quantumcumque etiam devotè suscipiens hoc Sacramentum) sibi certi aliquid absolutæ certitudinis polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent: Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Qui ergo stat, videat ne cadat.

Scriptum non ignoro à Divo Aug. lib. de Corrupt. & Gratia cap. 12. Subventam est igitur infirmitati voluntatis humana, ut divinâ gratiâ indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma, non desceret, neque adversitate à iquâ vinceretur. . . . Fortissimo quippe dimisit, atque permisit facere quod vellet: infirmis servavit ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, & hoc descrere invictissime nollent. Hoc, inquam, scriptum scio, & non dubito de veritate: verum ubi, vel à quo scriptum sit, huiusmodi gratiam divinam per hoc Sacramentum infallibiliter conferri, planè nescio.

11. Lego quidem apud D. Bern. Ser. de Cœna Domini: Quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum ulceris huius ferre queat? Considerate, quia & in hoc gratiâ subvenit, & ut securi stis, Sacramenti Dominici Corporis & Sanguinis pretiosi investituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis, ut & sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Sed numquid infallibiliter? Certè experientia docet aliquando nec in minimis minuere sensum, nec in gravioribus peccatis tollere omnino consensum. Quot enim in Paschate dignè communicant, qui tamen non post multum temporis rursum gravissimè peccant?

12. Ipsum Bernardum consule, & dicet tibi Ser. in die Sancto Paschæ: Prob dolor peccandi tempus, terminus recidendi facta est Resurrectio Salvatoris. Ex hoc nempe commestiones & ebriitates redeunt; cubilia & impudicitia repetuntur &c. Cur istud, nisi vel quia indignè communicant, ut ibi videtur indicare Bernardus; vel certè quia interiori gratiâ divinæ resistunt? Deus namquè, inquit Trident. sess. 6. cap. 11. suâ gratiâ (actuali) semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

Præclare ad propositum D. Prosper lib. 2. de Vocat. Gen. cap. 26. Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet suadendo

S. Prosp.

10. Quod de perseverantia munitur ex Trident.

Expendit auctoritas aliqua D. Aug.

11. D. Bern. di.

12. de D. Prosper.

7. Efficacitate ergo, inquit S. Ignatius Martyr in Epistola ad Ephes. frequenter accedere; quando enim assidue hoc ipsum agitur, expelluntur potestates Sathanae. Et D. Chryf. Homilia 45. in Joan. & Homilia 61. ad Populum; Hic sanguis demonis procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit; demones enim cum Dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem concurrunt.

8. Adhuc miramini? Hic est panis de calo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Joan. 6. v. 50. Potius admiratione dignum videtur, hominem tot gratis corroboratum, præventum & protectum, sponte sua ruere in peccatum. Sed cum dico, sponte sua, cessat omnis causa admirationis. Neque enim Deus sic gratia sua hominem in hac vita corroborat, prævenit & protegit, quin in potestate liberi arbitrii sit peccare.

Habet quippe unusquisque (utor verbis D. Aug. lib. 2. de actis cum Felice cap. 4.) in voluntate aut eligere que bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere que mala sunt, & esse arbor mala; dicente Domino Matth. 12. v. 33. Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Cum ergo dicit (prosequitur idem S. Doctor, ac divinæ gratiæ fidelissimus Assertor) aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat, non naturam.

Nam si natura, inquit ille lib. de duabus animabus cap. 12. non voluntate faciunt; id est, si libero ad faciendum, & ad non faciendum motu animi carent; neque si bonum eligerent (verba sunt Divi Aug. lib. de actis cum Felice cap. 4.) præmium eius acciperent; neque si malum eligerent, penam eius sentirent. Quod non est contra gratiam Dei, (inquit lib. 1. Retract. cap. 22.) quam predicamus. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem, sed illa potestas nulla est, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Equidem teste Ecclesiastico cap. 15. v. 18. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, habitur illi; vel ut legit D. Aug. lib. de Grat. & lib. arbit. cap. 2. In conspectu vita & mors, & quodcumque placuerit, dabitur ei. Et illic subjungit, Ecce aperti sunt videremus expressam liberum humanæ voluntatis arbitrium.

Ne autem quispiam putaret liberum arbitrium posse à semetipso fructum aliquem ferre, cap. 4. sic incipit dicere: Sed metuendum est, ne ista omnia divina testimonia, & quæcumque alia sunt, que sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrii sic intelligantur, ut ad vitam piam & bonam conversationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratia Dei locus non relinquatur.

Scitè dixit S. Prosp. lib. 2. de Vocat. Gen. cap. 12. Multis, qui iam iudicio rationis utuntur, ideo liberum est discedere à Deo, ut non discēssisse sit præmium: & ut quod non potest, nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.

Quapropter de perseverantia munitur (verba sunt Trident. sess. 6. cap. 13.) de quo scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: Quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum, qui stat, statuere ut perseveranter stet, & eum, qui cadit, restituere: nemo (quantumcumque etiam devotè suscipiens hoc Sacramentum) sibi certi aliquid absolutæ certitudinis polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent: Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cepit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Qui ergo stat, videat ne cadat.

Scriptum non ignoro à Divo Aug. lib. de Corrupt. & Gratia cap. 12. Subventam est igitur infirmitati voluntatis humana, ut divinâ gratiâ indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma, non desceret, neque adversitate à iquâ vinceretur. . . . Fortissimo quippe dimisit, atque permisit facere quod vellet: infirmis servavit ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, & hoc descrere invictissime nollent. Hoc, inquam, scriptum scio, & non dubito de veritate: verum ubi, vel à quo scriptum sit, huiusmodi gratiam divinam per hoc Sacramentum infallibiliter conferri, planè nescio.

Lego quidem apud D. Bern. Ser. de Cœna Domini: Quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum ulceris huius ferre queat? Considerate, quia & in hoc gratiâ subvenit, & ut securi stis, Sacramenti Dominici Corporis & Sanguinis pretiosi investituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis, ut & sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Sed numquid infallibiliter? Certè experientia docet aliquando nec in minimis minuere sensum, nec in gravioribus peccatis tollere omnino consensum. Quot enim in Paschate dignè communicant, qui tamen non post multum temporis rursum gravissimè peccant?

Ipsum Bernardum consule, & dicet tibi Ser. in die Sancto Paschæ: Prob dolor peccandi tempus, terminus recidendi facta est Resurrectio Salvatoris. Ex hoc nempe commestiones & ebriitates redeunt; cubilia & impudicitia repetuntur &c. Cur istud, nisi vel quia indignè communicant, ut ibi videtur indicare Bernardus; vel certè quia interiori gratiâ divinæ resistunt? Deus namquè, inquit Trident. sess. 6. cap. 11. suâ gratiâ (actuali) semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

Præclare ad propositum D. Prosper lib. 2. de Vocat. Gen. cap. 26. Gratia quidem Dei in omnibus iustificationibus principaliter præminet suadendo

deno exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corq; ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: sed etiam voluntas hominis subiangitur ei atque coniungitur, qua ad hoc praedictis est excitata praesidiis, ut divino in se cooperate operi, & incipiat exercere ad meritum, quod superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitate si desinat, de gratia opitulatione si proficit. Quae opitulatione per innumeros modos sive occultos, sive manifestos, omnibus adhibetur, & quod a multis refutatur, ipsorum est nequitia: quod autem a multis suscipitur, & gratia est divina, & voluntatis humanae.

Gratia divina est & voluntatis humanae quod virtute Eucharistiae multum praeservetur a peccatis mortalibus,

13. & accipiant remissionem peccatorum venialium.

Quomodo hoc Sacramentum magis unitur, explicatur ex D. Bonaventura.

14. Catechismo Pii V.

& Concilio Florent.

Profectio gratiae divinae est, & voluntatis humanae, quod tam multi a tam multis peccatis mortalibus praeserventur virtute huius sanctissimi Sacramenti. Gratiae, inquam, divinae, sive exterius protegentis, amoris occasionibus, sive interius corroborantis per bonas inspirationes, & salubres affectiones, quibus voluntas humana cooperatur credendo, sperando, diligendo.

Nec dubitandum, quin eodem modo per hoc Sacramentum remittantur peccata venialia, dum voluntas excitata divina gratia & adjuta, divino in se cooperatur operi, & incipit exercere ad meritum, eliciendo actus poenitentiae formalis vel virtualis, quod superno semine concepit ad studium.

Hinc Seraphicè Doctor Seraphicus 4. dist. 12. parte 2. art. 1. q. 3. Dicitur ergo hoc Sacramentum magis unire, quia dignè accedentem reddit ferventorem, ut carbo ignitus, & iterum reddit fortiozem, ut bonus cibus. Et ex hoc quod reddit charitatem magis ignitam, adiuvat ad consumendam peccati venialis rubiginem. Ex hoc quod magis firmat, adiuvat ad vitandam omnia scelera; & ratione utriusque valet ad augmentum virtutum, & maxime charitatis, quae est vinculum, non quantum ad essentiam, sed quantum ad fervorem v. l. radicationem. Fervor enim minuitur quotidie per venialia & radicatione: ideo oportet per hunc cibum restaurari deperditum.

De hac restoratione sic inquit Pius V. in suo Catechismo parte 2. cap. 4. q. 40. Quidquid enim cupiditatis ardore anima amisit, cum levi aliqua in re parum offendit, totum Eucharistia, eas ipsas minores culpas abstergens, restituit: quemadmodum etiam (neque enim a proposito similitudine descendendum videtur) quod innati caloris vi quotidie detrahatur ac deperit, paulatim, adli & refici naturali alimento sentimus.

Hac similitudine antea explicaverat effectum Eucharistiae Eug. IV. in Conc. Florent. dicens: Omnem effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem. . . . Sacramentum hoc quoad vitam operatur spirituales. Sicut ergo cibus & potus materialis restaurant amissa, causant humores bonos, & noxios expellunt; ita spiritualis cibus & potus passiones noxias minuunt ac expellunt, bonas verò &

salubres cogitationes, affectionesque excitant, quibus libere assentiendo & cooperando homo liberetur a culpis quotidianis & a peccatis mortalibus praeservetur.

Ex qua comparatione (ut ad illud, quod controversitur inter Doctores Catholicos accedamus) inferunt plures, cibum spirituales restaurare ruinas quotidianarum infectionum, id est, remittere peccata venialia, etiam immediate ex opere operato, uti Sacramenta Baptismi, Poenitentiae & Extremae Unctionis, absque alio pio motu. Alii requirunt pium motum, etsi de se insufficientem ad ea, saltem omnia, remittenda: quia, inquit, non videtur Deus etiam leves offensas remittere, nisi homo se ab eis aequaliter avertat, & eas retractet; quod tamen (addunt) non est plane certum, quando homo actu non amplius inficitur.

Dicunt autem, Saltem omnia, propter quodam, qui putant, actus aliquos, etiam generaliter retractivos omnium venialium, sufficere posse ad remittenda aliqua, etsi non ad omnia. Quod tamen videtur illis parum verisimile, si intelligatur (ut ipsi intelligunt) de remissione quoad culpam, cum omnia aequè retractentur, nec sit potior ratio de his, quam de illis, nec aliquid fundamentum sit istius conjecturae.

Ceterum quod Eucharistia delectat illa immediate, probant ex Innoc. III. lib. 4. de Myst. Missae cap. 44. ibi: Nam Eucharistia si dignè sumitur; a malo liberat, & in bono confirmat, venialia delet, & cavet mortalia. Similiter ferè loquitur Trident. sess. 13. cap. 2. Quae utriusque locutio intellecta ut sonat, significat deletionem per se, & immediatam. Nec est ratio intelligendi improprie.

Atque haec sententia apparet satis probabilis, maxime ex auctoritate Doctorum D. Thomae, Bonaventurae, & aliorum, tum Veterum, tum Recentiorum. Nam si quaeritur ratio a priori, nulla alia esse potest, quam voluntas instituentis, quae neque ex Scriptura, neque ex ullo Concilio videtur efficaciter probari.

Quod enim attinet ad Tridentinum, illud eodem modo loquitur de praeservatione a peccatis mortalibus, quam tamen constat Eucharistiam non efficere immediate, infallibiliter nos praeservando, sed solum, ut dictum est, mediis bonis inspirationibus & affectionibus, quibus excitamur ad non peccandum. Cur ergo infallibiliter remittat peccata venialia, & non potius, sicut dat vires contra tentationes, quantum est de se, licet non semper cum effectu, ita etiam restauret amissa, quantum est de se, praestando vires & auxilia, quae per peccata venialia demeremur, ut possimus illa excutere?

Sane neque cibus naturalis semper nutrit aut restaurat amissa cum effectu, sive ex opere operato, ut sic loquar; sed dependenter ab actione

actione naturali potentia vegetativa, per quam convertitur in substantiam viventis, qua proinde deficiente, deficit nutritio & restauratio, licet cibus, quantum est ex se, sit materia sufficiens nutritionis & restorationis. Ut omitam in multis aliis hanc similitudinem claudicare.

Addunt aliqui, etiam Sacrificium Missae remittere peccata venialia, juxta illud Trident. sess. 22. c. 1. *Atque illius (Sacrificii cruenti) salutaris virtus in remissionem eorum, qua a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicat ut: equidem solum mediata secundum communem sententiam.*

18. Sed facilis est responsio. Prima: Concilium ibi loqui non tantum de peccatis venialibus, sed etiam mortalibus, qua manifestum est non remitti immediate per Sacrificium; sed mediata dumtaxat poenitentia, prout ibidem cap. 2. docet his verbis: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donam poenitentiae concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Quid simile dicit de remissione venialium per Eucharistiam?*

Resp. 2. aliunde certum constare Eucharistiam conferre gratiam sanctificantem, qua secundum quorundam opinionem exigit de congruo remissionem venialium, si non omnium, saltem aliquorum pro majori vel minori ejus intentione: consentaneum enim videtur legibus amicitiae, ut quoties aliquis admittitur ad arctius vinculum amicitiae, toties leves aliquae offensa condonentur. Quid ergo fiet ei, qui admittitur ad convivium? Facile solent amici in conviviis leves offensas remittere.

Atque haec erit ratio congruentiae, qua non militat in Sacrificio, quod non est convivium, neque probabilis confert ex opere operato augmentum gratiae sanctificantis, ut infra latius dicetur.

Porro ad primum desumptum ex Concilio Trident. respondeo disparitatem esse petendam ex subjecta materia: nam si Eucharistia infallibiliter & immediate praeservaret a peccatis, jam tolleretur libertas hominis, nec posset peccare, etsi vellet: remissio autem peccatorum potest concedi etiam contra voluntatem hominis sine ullo detrimento libertatis. Respectu igitur praeservationis est ratio sufficiens Concilium improprie intelligendi; secus respectu remissionis venialium.

Et verò licet cibus materialis non reparat, quod deperditum est virtute caloris naturalis, nisi mediata actione viventis; equidem magis mediata juvat ad operandum, dando vires: ergo similiter cibus spiritualis immediatus debet remittere venialia, quam praeservare a mortalibus.

Ex his communis sententia multum redditur plausibilis. Restat tamen aliquibus nonnullus scrupulus; cur ergo urgeantur homines

se emundare a venialibus antequam communicent? Peccata, inquit D. Aug. Tract. 26. in Joan. *est sunt quotidiana, vel non sunt mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quod dicitis: Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum.*

Respondeo; consilium optimum, quia de re certiori & meliori: certiori quidem, quia non est plane certum Eucharistiam immediate remittere; meliori verò, quia emundatio praevia est melior & dignior dispositio; adeoque uberior effectus, secundum illa, qua diximus disp. 1. sect. 5. concl. 1.

Hinc etiam praeparantibus se ad sumptionem Extremae Unctionis merito suadet retractatio peccatorum venialium, licet certo per illud Sacramentum remittantur; cur hoc, nisi quia melior dispositio, imò forte necessaria? Solet etiam praemitti confessio tamquam medium magis per se ad illam remissionem institutum. Ceteroquin ut quid suadetur fidelibus; ut confessuri efficiant perfectam contritionem, si per ipsam confessionem deleantur culpa, etiam graves, cum sola attritione? Plura de remissione venialium in materia de Poenitentia.

Hoc unicum admoneo Lectorem, ut qua dicta sunt de immediata remissione venialium, intelligat quoad culpam; nam remissionis poenae neque Scriptura, neque Concilia, aut SS. Patres meminerunt, quod satis est, ut non asseratur; praesertim cum neque ex augmento gratiae colligi possit, ut per se constat, neque ex fide hujus Sacramenti: quia reatus poenae non includit malitiam moralem impediendam fervorem charitatis.

Adde, Eucharistiam quatenus Sacrificium, per se ordinatam esse ad remissionem poenae temporalis, & ideo nullatenus necessarium fuisse, ut sub ratione etiam Sacramenti ad eundem effectum ordinaretur.

Hucusque de effectibus, quos Eucharistia operatur in anima; operatur, inquam, cum quadam spiritus suavitate & delectabili devotione; quam tamen illi soli sentire solent, qui animo ab inordinatis affectibus, etiam venialibus, vacuo, sollicitè ad illius sumptionem se praeparant, ac suavissimi Sacramenti quasi masticatione per sanctas meditationes ad hanc mensam accedunt.

Sed quid de effectibus, quos operatur in corpore?

Optimum consilium est ante Communionem se emundare a venialibus;

ut etiam ante sumptionem Extremae Unctionis;

idque per praeviam confessionem;

21. Immediata remissio hinc intelligitur de culpa, non de poena.

Eucharistia, ut sacrificium est, per se ordinatur ad poenae temporalis remissionem;



CONCLUSIO III.

Eucharistia nullum effectum immediatum habet in corpore.

22. Eucharistia nullum habet effectum immediatum in corpore: Joan. 6.

Quis enim ille esset? Realis, inquis, unio inter Corpus Christi & corpus sumentis, juxta illud Joan. 6. v. 57. Qui manducat meam carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet & ego in illo.

non unionem physicam inter Corpus Christi & corpus sumentis,

Sed quæ ista unio? Equidem non formalis, quia nec hypostatica; nec qualis est inter materiam & formam; neque qualis inter subiectum & accidentia; nec qualis inter partes integrantes, ut patet.

Si dixeris esse effectivam: Contrâ; quia Corpus Christi neque conservat corpus sumentis, neque aliquid aliud esse corporale illi directè influit, ut ex sequentibus patebit.

23.

Dices, esse quamdam unionem moralem, quæ tantum in dignè communicantibus, & quamdiu permanent in gratia accepta; quasi interim caro communicantis tractetur à Christo tamquam caro propria: sicut maritus, inquit Valquez disp. 204. n. 35. post commixtionem cum uxore carnem illius ut propriam estimare & tractare debet, quia intima illa conjunctio hoc postulat.

Vasquez.

nee propriè moralem, nisi ratione gratiæ sanctificantis;

Optima verba; sed præter verba nihil aliud hæc unio importare videtur, quàm contactum realem & localem propinquitatem Christi cum communicante (quæ evanescit cum speciebus) & unionem moralem per gratiam & affectum charitatis ac dona gratiæ actualis. Atque de illa unione satis verificantur verba Christi allegata ex Joan. 6.

Licet autem & cætera Sacramenta gratiam & charitatem conferant, non tamen sub ratione alimenti, prout hoc Sacramentum. Unde cum alimentum transeat in substantiam aliti, eique uniatur, hoc Sacramentum præ cæteris confert gratiam, tamquam unientem cum Christo, ut spiritali animarum nostrarum cibo.

24. de qua unione intelligi possunt SS. Patres, quos in magno numero pro se citat Valquez supra cap. 2. quamquam ipsi magis videantur exaggerasse corporalem cum Christo unionem ad indicandam realem Christi præsentiam in hoc Sacramento. Quocirca non tam fecerunt vim in proprietate unionis, quàm in proprietate rei corporalis, quam hic suo modo nobis unit, id est, conjungit; ut sensus sit, verè & realiter Corpus Christi ad nos intrare, & intrâ corpus sumentis contineri.

vel potius de reali continentia Corporis Christi intra corpus sumentis,

Nec refert, quod subinde hanc unionem

comparent cum unione hypostatica inter Verbum & humanitatem; quoniam non comparant in modo unionis, sed in re unita, ut sicut realiter Verbum humanitati, ita realiter Corpus Christi nostro corpori miscetur, quamvis diverso actionis modo. Itaque per sumpcionem Eucharistiæ nulla fit realis & physica unio inter Corpus Christi & corpus sumentis.

Sed numquid tribuitur corpori sumentis immortalitas? Qui enim manducat hunc panem (ait Christus Joan. 6. v. 59.) vivet in æternum.

Respondeo, neque in hac vita, ut patet: Nam quantum attinet (verba sunt D. Augusti Tract. 26. in Joan. circa medium) ad mortem istam visibilem & corporalem, numquid nos non morimur, qui manducamus panem de celo descendentem? Enimverò Statutum est hominibus semel mori, inquit Apost. Hebr. 9. v. 27. Et quis ista est homo, qui vivet & non videbit mortem? Plal. 88. v. 49. mortem urique hujus corporis visibilem atque corporalem.

Quoniam illa Beatorum corporalis immortalitas non convenit corpori, nisi ut merces honorum operum, cum æqualiter participetur ab omnibus Beatis, siue fuerint participes hujus Sacramenti, siue non. Ergo illa immortalitas non tam est ex opere operato alicujus Sacramenti, quàm ex opere operantis.

Unde quòd Christus supra tribuit huic Sacramento pro effectu vitam æternam, intelligitur vel directè de vita animæ, quæ est fructio Dei; vel indirectè de vita corporis, quæ consequitur animæ beatitudinem. Et consimiliter explicandi sunt SS. Patres.

Quòd si objicias; quia sic etiam alia Sacramenta tribuunt vitam æternam. Resp. specialius Eucharistia, propter specialia auxilia ad perseverantiam. Profectò dicere, quòd is, qui aliquando communicavit, debeat resurrectione titulo particulari, quo non debetur Catechumenis, non videtur satis fundatum, adeoque minimè asserendum.

Neque majus fundamentum habet, quòd aliqui asserunt Eucharistiam directè minuere formam concupiscentiæ, proximè scilicet tollendo rebellionem appetitûs sensitivi adversus rationem. Enimverò faceret hoc, vel per infusionem alicujus habitûs, inclinantis appetitum ad objecta sensibilia rectæ rationi contentanea; vel per subtractionem concursûs, quo Deus tamquam causa universalis concurrat cum illo appetitu ad actualem rebellionem, seu motum rationi contrarium; vel denique ipsam appetitum sensitivum in se planè coaptando inclinationi rationis, ut seipso non in aliud feratur sensibile, quàm quòd dicitur recta ratio.

Hic postremus modus est impossibilis, quia natura appetitûs talis est, ut feratur in bonum quodcumque possibile. Secundus autem modus novum fingit miraculum sine necessitate aut

Modi sic
diminuen-
di fomitem,
vel sunt
impossibi-
les, vel ni-
sina dimi-
nuat.

aut fundamento. Primus denique, quamvis pos-
sibilis & consentaneus ordini rerum, quo Deus
inclinat potentias per habitus; tamen quod talis
habitus modò datur in appetitu sensitivo; repugnat manifesta experientia: sanctissimi enim viri post frequentem hujus Sacramenti sumptionem, aliquando sentiunt gravissimam appetitùs rebellionem, & majorem quam antè: quod non fieret, si haberent appetitum habituatam; quia appetitus non est liber, ut possit contra inclinationem habitùs; sicut potest voluntas.

Non tango, hujusmodi habitum infusum nullà nitù sufficienti auctoritate Doctorum, quæ tamen in supernaturalibus donis asserendis plùs valet, quam ratio. Quin imò nec ullà ratione potest satis colligi talis habitus; etenim omnis illa tranquillitas appetitùs inferioris, quam pii fideles sentiunt ex usu hujus Sacramenti, facilè in alias causas, quam in specialem habitum infusum potest referri.

Neque hæ causæ longius quærendæ: inspicite Conclusionem præcedentem, & statim occurrent auxilia gratiæ actualis, tam internæ, quam externæ, quibus homo præservatur à peccatis mortalibus.

27. Quæritur
nisi fõmitem
minuat.

Itaque sumptio hujus Sacramenti minuit fomitem concupiscentiæ; sed indirectè, seu ex consequenti, quatenus Deus propter illum vel tollit, vel minuit materiam incentivam illius fomitis, puta per applicationem naturalium causarum minuendo temperamentum corporis, excitans appetitum ad motus iræ, luxuriæ, ac similia vitiorum; vel tollit objecta extrinseca inflammantia appetitum; & suâ singulari protectione hominem servat ab occasionibus peccatorum; vel quatenus bonis instinctibus ita prævenit & adjuvat voluntatem, ut facile possit avertere appetitum à delectabilibus contra rationem; vel denique quatenus adhaucta per hoc Sacramentum charitate, quâ voluntas vehementius delectatur bonis divinis, appetitus minus potest occupari circa delectationem boni terreni: fit namque propter naturalem potentiarum unionem & radicationem in eadem anima; ut quò una vehementius applicatur suo objecto, eò minus altera possit applicari ad suum objectum, eò quòd virtus animæ finita, quâ per singulas potentias operatur, ad unum actum amplius intenta, minor est ad alium. Ita ergo, & non aliter hoc Sacramentum minuit fomitem concupiscentiæ: Et quid amplius requirant dicta SS. Patrum, non video.

28. Hæc se
habetur
quæritur
quæritur
quæritur.

Porro si aliquis objiciat, hæc ratione etiam alia Sacramenta diminuerent fomitem concupiscentiæ, scilicet augendo gratiam & charitatem, & præbendo auxilia actualia ad rectè vivendum.

Respondéo; huic Sacramento præ cæteris appropriari hunc effectum: quia cum ex vi suæ

institutionis sit alimentum animæ; ad vitam scilicet animæ tuendam & conservandam ordinatum, hinc abundantiora confert auxilia ad fastidiendum delectabilia, quæ tamquam dulcè venenum propinat concupiscentiæ fomes, quibus admittis atque haustis, animam spiritualiter mori necesse est, quia juxta sententiam D. Jac. Epistolæ suæ cap. 1. v. 14. & 15. *Vnus quisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Deinde concupiscentia cum concoperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.*

Arguis rursum: effectus Sacramentorum semper datur dignè sumentibus; at fomes non semper minuitur in dignè communicantibus; ut patet: nam etiam in sanctissimis viris concupiscentiæ ignis quasi diuturnæ gratiæ favilla sopitus, ubi tentationis procella afflaverit, subito quandoque in maximam flammam erumpit.

Resp. effectum Sacramentorum semper non ferti dignè accedentibus, in quantum condūcere potest ad animæ salutem. Unde cum gratiæ sanctificantis collatio semper conducat ad salutem suscipientis, hunc effectum infallibiliter sortiuntur Sacramenta, & idem est de sacramentali gratia actuali præservante hominem à consensu peccati; hæc enim, quantum est ex parte Dei, semper est parata. At verò si quis effectus Sacramentorum, sive directus, sive indirectus, est corporalis, ut est diminutio fomitis in hoc Sacramento, & sanitas corporalis in Extrema Unctione, talis non datur, nisi quatenus saluti animæ expedire potest.

Hinc ergo fit, ut cum ad majorem virtutis perfectionem; Nam virtus in infirmitate perficitur, 2. Cor. 12. v. 9. & ad ampliorem Victoriæ palmam comparandam; Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit, 2. Tim. 2. v. 5. quibusdam suis amicis Deus noverit expedire, ut variis tentationibus exerceantur, hinc, inquam, naturæ corruptæ infirmitatem, & concupiscentiæ rebellionem in illis relinquit, quam aliis electis minuit, quibus in ruinam fore præcivit. Sicut sapiens dux militiæ, nolens exercitum suum perire, ubi graviolem prælii impetum fore novit, ibi collocat fortiores, debilibus in extremam aciei partem relegatis

Hoc tibi dicit Deus tuus (ait Magnus Pater 2. Aug. Aug. lib. 50. Homil. Homilia 23. in medio) *regebam te mihi, servabam te mihi, ut adulterium non committeres: suasor defuit, & ut suasor defuisset, ego feci: locus & tempus defuit, & ut defuissent, ego feci. Adfuit suasor, non defuit locus, non defuit tempus, ut non consentiret ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes, & quod non admisisisti. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum vidisti, mihi debes & tu, quod non admisisisti. Nullum est enim peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere aliter homo, si desit rector, à quo factus est homo.*

H h 2 Quæ

29. Objectiõ.

30. Solutiõ.

30. Quare Eucharistia non semper minuat fomitem concupiscentiæ. 2. Tim. 2.

2. Aug.

Quæ cum ita sint, liquet profectò hoc Sacramentum non caulare directè aliquem effectum in corpore sumentis, bene in anima. Et si à me queritur, quando effectum suum sortitur in anima? Respondeo & dico:

CONCLUSIO IV.

Eucharistia confert gratiam cum perfectè manducatur, & non antea.

31.
Quid sit
perfecta
manduca-
tio?

Prima pars est communis. Voco autem perfectam manducationem, trajectionem specierum in stomachum; quamvis enim qui sumpsit cibum in ore, jam inceperit manducare, & communiter ab hominibus dicitur manducare; equidem si cibum extraheret antequam fuisset in stomacho, ab omnibus diceretur non manducasse; alioquin non communicaret jejunos, qui ante communionem os abluisset. Manducatio ergo est actio complectens sumptionem intrà os & trajectionem, hanc essentialiter, illam solum integraliter: nam qui ante mediam noctem habebat cibum in ore, si post mediam noctem trajiciat, dicitur manducasse illo die, & nequit communicare ob solutum jejuniū.

Sed petet aliquis, quando trajicitur cibum vel potus in stomachum? Resp. quando attingit initium stomachi.

32.
Probat
prima pars
Concl. ex
Scriptura.

Joan. 6.

His suppositis, nemo dubitare debet aut potest, quin Eucharistia, dum sic perfectè manducatur, conferat augmentum gratiæ sanctificantis. Promittitur namque gratia manducanti, & bibenti Joan. 6. v. 55. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. v. 57. Qui manducat meam carnem &c. in me manet & ego in illo. v. 58. Qui manducat me, & ipse vivet propter me. v. 59. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

2. Tim. 2.
Rom. 4.

Qui autem promittit, fidelis permanet, se ipsum negare non potest, 2. Timor. 2. v. 13. & *Quicumque promisit, potens est & facere, Rom. 4. v. 21.* Quidni ergo Sacramentum fructificet sufficienter applicatum passo disposito? Agit enim instar causæ naturalis non impeditæ.

Igitur in illo instanti vel tempore, in quo verum est dicere, *hic homo dignè manducat species*, latus discedat, speciebus licet adhuc incorruptis, quia vivet in æternum. Intellego autem per species non integram hostiam tantum, sed quamlibet ejus partem, sub qua verè continetur Corpus Christi.

33.
Lugo ad
perfectam
manduca-
tionem re-
quirit, ut
cibus terti-

Cæterum, ut pars aliqua hostiæ simpliciter dici possit manducari, requirit Card. Lugo disp. 12. n. 4. quod sit sufficiens ad remanendum intrà, licet reliqua pars, quæ nondum attingit initium stomachi, sive, ut ipse loquitur,

nondam transit, scilicet terminum dividendum stomachum à guttore, seu partem unam ab alia ejusdem gutturis, retrahatur ad os, & ejiciatur foràs. Manducatio enim in hac materia debet accipi eo modo, quo apud homines accipitur in aliis cibis, qui certè humano modo dicuntur manducati, non quodcumque attingunt talem partem interiorem gutturis, sed quando tangunt aliquo modo irrevocabiliter.

Confirmat hæc similitudine. Si enim filum ferreum longum in os mittas, ita ut extrema ejus pars tangat ultimam & imam gutturis partem, ac postea illud extrahas, nemo dicet te comedisse ferrum, licet per horam illud ita in ore habueris. Secus esset, si aliqua illius filii pars ab aliis separata in stomachum descendisset, aut terminum illum manducationis transisset. Hæcenus ille.

Sed ad hæc quid Dicastillo? disp. 8. n. 20. ex hac doctrina, quam vocat mirabilem & singularem, infert: Ergo qui faciliores sunt in extrahendo ex stomacho, quantitatemque majorem regerere possunt, vix, aut tardè censentur manducasse. Quid quæso faciat ille (de quo Aug. in lib. de Civit. Dei) qui ita erat constitutus, ut voratis diversis cibis, quod determinatè peteretur, id redderet? An ideo non comedit, quia adhuc potest (juxta verba Lugonis) retrahere ad os? Quid dicemus etiam de iis, quorum aliquos ego novi, qui instar quorundam animantium ruminant, revocatis cibis ad os, quando volunt? Hæc ille.

Sed non videtur hic Auctor ruinasse verba Lugonis, alioquin facile invenisset quid diceret, scilicet quod Lugo dicit de parte illa filii ferrei, quæ separata ab aliis in stomachum descendisset. Nam licet, inquit Card. postea illam partem vomeres, aut arte aliqua ejiceris, dicereris verè deglutisse & comedisse ferrum. Non ergo requiritur, quod tota hostia, aut omnes particule manducate sint, ut detur gratia; sed quod buccella, vel aliqua ejus pars ita transferat terminum illum, ut à reliquis partibus revocari non possit ad os, sed debeat remanere, alijs etiam partibus non transeuntibus: sic enim homines accipiunt manducationis vocabulum, ut ex usu constat. Hæc Eminentissimus.

Sed mittamus hæc speculationes parùm utiles; & cum accesserimus ad mensam Dominicam, crescat continuò in nobis devotionis affectus, ut possit crescere effectus gratiæ: cum enim species non omnes simul trajiciantur, sed successivè, & ultimæ partes tantam habeant efficaciam, quantam priores, atque omnes agant instar causarum naturalium juxta dispositionem subjecti, si non inveniatur omnem gratiam productam, quam possent producere, quidni illam producant? Jam autem si subjectum paulatim meliùs disponatur, constat ultimas

ultimas partes non invenire totum suum effectum productum: ergo illum producent. Sin verò dispositio non crescat, cum totus effectus productus sit, quid ultra expectandum?

Et si inferas: Ergo melius esset accipere hostiam magnam, quam parvam. Resp. per accidens melius esset, Concedo totum; de per se, Nego Consequentiam: quamvis enim per se loquendo parva hostia citius trajiciatur quam magna, per accidens tamen est, quod tempore trajectionis dispositio crescat, & tanta potest esse in uno homine dispositio; imò major, ante trajectionem parva hostia, quanta erit in altero toto tempore trajectionis maxima hostia. Interim ratio principalis doctrinae est; quia gratia promittitur, ut diximus, manducationi: tandiu autem durat manducatio, quamdiu species trajiciuntur.

Nec obstat, quod sit tantum una manducatio, quia etiam tantum erit unus effectus, sicut & una dispositio; sed quia dispositio interior, ideo etiam effectus interior, eodem modo ac si tota illa dispositio, quae ponitur in fine trajectionis, fuisset posita à principio.

Ex quo ulterius bene inferitur: Si quis incipiat communicare in malo statu, & durante successiva specieum sumptione disponatur, accipere gratiam. Nam etsi prima pars specieorum invenerit obicem, non tamen posterior, quae cum sit Sacramentum causativum gratiae, promissa manducanti dignè, causabit eam. Etenim quod ordinariè gratiam actu non causet, est, quia invenit eam causatam à priori parte.

Quod autem aliqui respondent, sumptionem illam primae & secundae partis esse unam moraliter, parum habet momenti. Nunquam legis Regulam juris 37. de Reg. Juris in 6. *Vile non debet per inutile vitari?* Si ergo propter hanc regulam votum, cujus materia ex parte est bona & ex parte mala, obligat saepe ad partem bonam, quidni etiam eadem moraliter sumptio ex parte bona & ex parte mala, in quantum bona causet effectum gratiae, quem non causet quatenus mala est?

Atque haecenus de prima parte Conclusionis. Secunda pars est contra aliquos, qui docent Sacramentum operari statim atque positum est in ore: quia, inquit, jam dicitur verè manducari, gratia autem, ut statim dictum est, promissa est omnibus manducantibus. Majorem probant ex etymologia verbi; nam *Ly Manducare* derivatur à verbo *Mando*, quod dentibus & ore fit. Unde qui dentibus terit cibum in communi modo loquendi dicitur, *manducare*; licet non, *manducasse*.

Resp. cum Lugone supra n. 29. Licet etymologia verbi sumatur à masticatione, certum est illam non requiri ad manducandum verè & proprie, alioquin non manducant fideles carnem Christi; quia eam dentibus non mandunt, imò nec species panis, quia eas ordinariè solum

deglutiunt. Neque tantum in hoc verbo, sed in pluribus aliis verbis & nominibus fallit etymologia nominis v. g. *Invidentia*, & *Invidere*, derivantur ab *In*, & *Videre*, & tamen secundum omnes spectant ad voluntatem: Cujus ratio à priori est, quod saepe nomina aut verba significantia unam rem, deriventur à nominibus aut verbis significantibus alias res diversissimas.

Et sanè si verè dicitur manducare, qui hoc instanti vel tempore dentibus terit cibum, non video quare sequenti instanti vel tempore non verè dicatur manducasse; nam qui hanc horam verè ambulat, studet, loquitur &c. sequenti verè dicitur ambulasse, studuisse, locutum fuisse &c. Cur ergo non similiter qui hanc horam manducat, sequenti dicatur manducasse? Quod tamen constat esse falsum, nec ab illis Auctoribus admitteretur. *Cum gustasset, voluit bibere*, inquit Sacra Pagina Matt. 27. v. 34. Ergo aliud est gustare, aliud bibere, ergo ille, qui gustat, non verè dicitur bibere.

Atque haec sit ratio secundae partis Conclusionis; quia videlicet ante perfectam manducationem, juxta explicationem datam, Eucharistia non verè dicitur manducari; gratia autem promissa est verè manducantibus, & non tantum incipientibus manducare. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, Joan. 6. v. 54.

Ex quo sequitur; Si homo moreretur cum speciebus adhuc in ore existentibus, nullum fructum ex his percepturum.

Nec obstat, quod cibum materialis in ore oblectet gustum: nam supra dixi, comparationem cibi materialis cum spirituali in pluribus claudicare: & ratio diversitatis impraesentiarum est, quod alimentum corporale diversimodè ac diversis partibus corporis applicetur; & ideo in singulis partibus, juxta dispositionem cujusque, singularem usum habet. At Eucharistia non nisi uno modo applicatur, scilicet per manducationem seu trajectionem in stomachum, ut ex Scriptura colligitur; hinc non nisi semel operatur, per se loquendo, nimirum in termino manducationis, quando cibum trajicitur in stomachum, sive attingit initium stomachi.

Dico, *per se loquendo*; quia

CONCLUSIO V.

Verisimile est Eucharistiam posse operari toto illo tempore, quo manet in stomacho incorrupta, si immutetur & crescat dispositio sumentis.

Hanc sententiam docet Cajetanus 3. parte qu. 79. cum aliis, quos sequitur Suarez El 3 disp. 63.

Saepe fallit etymologia nominis.

Aliud est gustare, aliud bibere.

38. Probatur 2. pars Concl.

John. 6.

Si homo moreretur cum speciebus adhuc in ore, nullum fructum perciperet.

Eucharistia non nisi semel operatur, per se loquendo.

39. Eucharistia tandiu in

As melius sit accipere hostiam magnam, quam parvam?

Ratio prima estis doctrinae.

Obiectio loquatur.

36. Qui primo male capit communi- cationem, si durante sumptione obicem ponat, accipit gratiam.

Obiectio solvitur.

Reg. juris 37. de Reg. Juris in 6.

37. Haec sacra- mentum non operatur statim atque positum est in ore.

Obiectio solvitur ex supra.

Stomacho operatur, quamdiu crescit dispositio. Caietanus. Suarez. Hugo.

Ejus probatio.

sed congrua tantum.

40. qualis est etiam confirmatio ex Florent. de sumptis.

41. Similitudo cibi materialis non quadrat in omnibus cum hoc Sacramento.

disp. 63. sect. 7. & licet olim male audierit, inquit Cardinalis disp. 12. nu. 46. jam tamen communiter recipitur, & est magis probabilis & pia. Quod sit magis pia, credo; an autem sit magis probabilis, poterit Lector judicare ex his, quæ subjicio in ipsius probationem.

Probatur ergo principaliter: quia Eucharistia causat gratiam per modum cibi manducati; quamdiu autem manet incorrupta in stomacho, verè est applicata subjecto per modum cibi manducati: ergo tandiu potest operari secundum dispositionem subjecti, cujus proinde si crescat dispositio, etiam crescat effectus Sacramenti, vel certè, si accedat dispositio legitima, quæ antè non erat, primò producet suum effectum.

Equidem hoc argumentum ex natura rei petitum, solum probat id esse congruum, non autem omnino ita fieri demonstrat, cum res pendeat ex voluntate instituentis, quæ hæc in re per revelationem non satis constat; & ideo solum dixi in Conclusionem, hoc esse verisimile.

Neque majorem vim habet confirmatio, quæ petitur ex Florent. supra in decreto de Armenis: *Omnem (inquit) effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem Sacramento hoc quoad vitam operatur spirituale.* Cibus autem & potus materialis nutriunt & augent corpus, quamdiu sunt in stomacho: ergo similiter cibus & potus spiritualis animam.

Respondent enim Adversarii, & satis bene, cibum spirituale operari quidem idem, quod cibum materialis; sed non per omnem modum aut similitudinem cibi materialis, sed pro tanto Christus voluit: quod autem voluerit etiam quoad præsens, non manifestè constat. Quin potius, inquirunt, oppositum videri potest voluisse, dum gratiam tantum promisit manducantibus, non autem digerentibus; adeoque tantum illam annexit Corpori & Sanguini suo, quatenus manducatur & bibit.

Et si dixeris, manducatio tantum est conditio sine qua non, ut Sacramentum operetur primò in anima; non autem ut operari pergat. Reponunt, hoc gratis dici, nec factis probari, potuit enim Christus velle, ut tantum operetur dum, & donec applicatur.

Porro similitudo cibi materialis non quadrat in omnibus, ut jam si pè dixi: nam cibus corporalis nutrit, non eo ipso quo applicatur, sed postea dum in stomacho corrumpitur; quid inde pro cibo spirituali sequitur, nisi absurdum? Cibus corporalis potius patitur, quam agit: ergo etiam spiritualis. Cibus materialis pro majori parte est inutilis alito: ergo etiam spiritualis, quæ consequentiæ?

Itaque Florentinum, licet adscribat similes effectus utrique cibo quoad nutrire, confortare, augere, delectare &c. non tamen vult quod

simili modo, simili & æquali tempore &c. Immo oppositum videtur inventum post illud Concilium, cum antiquiores Theologi de eo non meminerint. Hæc illi. Quæ haud obscure ostendunt, etiam contrarium Conclusionis esse probabile.

Interim tamen, quia incerta est voluntas Christi, elegimus magis piam. Profectò quod manducatio tantum sit conditio sine qua non, & non pars essentialis Sacramenti, videtur colligi ex illis verbis Joan. 6. v. 54. *Nisi manducaveritis &c.* & similibus; quæ significant non tam præsentem manducationem, quam præteritam. Adde, foret nec ipsam manducationem esse conditionem sine qua non, sed sufficere existentiam specierum in stomacho, quocumque medio aut viâ ibi fuerint posita. Vide dicta disp. 1. sect. 1. conclusione secunda.

Cæterum, quia spiritualis cibus potius agit, quam patitur; è converso verò cibus materialis, ut bene Adversarii animadvertunt: hinc fit, quod cibus materialis non operetur, donec corrumpatur; nutrit siquidem per conversionem sui in alitum: è contrario autem cibus spiritualis, cum nutriat per conversionem aliti in se, tunc prodest quando est; quod enim non est, non potest agere aut convertere alitum in se. In hoc ergo non est proportio. Sed cur non in eo, quod sicuti cibus materialis patitur ab alito quamdiu ibi est, ita Eucharistia agit, quamdiu ibi est?

Dices primò; quia sic etiam ageret sine nova dispositione, juxta illud Joan. 9. v. 5. *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.*

Resp. planè lux, *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Joan. 1. v. 9. Verumtamen, quemadmodum sol materialis in instanti producit totum suum lumen, quod potest, quia causa naturaliter agens; ita pariter sol spiritualis, Christus in Sacramento, sive ipsum Sacramentum in instanti causat totum effectum sibi possibilem juxta dispositionem subjecti, quam invenit; quia non habet contrarium, quod per partes debeat expelli.

Interim sicut sol materialis, si magis applicetur, magis operatur; sic quoque Eucharistia, si magis applicetur, quod fit per majorem dispositionem subjecti, magis operatur. Omitto Scripturam illam litteraliter intelligi de illuminatione mundi per fidem ex prædicatione & miraculis Domini, quamdiu erat in mundo.

Sed contrà secundò; gratia habitualis accepta per Sacramentum est major dispositio: ergo effectus infinitus.

Resp. primò Negando Antecedens; quia dispositio debet attendi secundum id, quod habet subjectum independentem à Sacramento. Cæterò quoniam idem dicam in Adversariorum sententia, quæ docent crescere effectum Sacramenti, si crescat dispositio tempore sumptionis; nam etiam ibi gratia collata erit major dispositio.

dispositio. Sola differentia est, quod sumptio non tandiu duret, atque species in stomacho. Unde

Resp. secundo Negando Consequentiam; quia species non durat in infinitum. Tantam ergo gratiam accipiet homo ex Sacramento, aucta continue dispositione usque ad corruptionem specierum, quantum accepisset in primo instanti, si totam illam dispositionem tunc simul possuisset.

Et si hinc inferas: ergo melius est fumere hostiam magnam, quam parvam. Resp. ut supra, per accidens, Concedo; per se, Nego; quia totam illam dispositionem, quam aliquis habet in tempore perseverantiae magnae hostiae in stomacho, potest habere ante sumptionem parvae hostiae, & per consequens habere aequalem effectum gratiae.

Deinde potest dispositio tempore perseverantiae non meliorari, & erit idem effectus magnae & parvae hostiae; imò qui accipit parvam hostiam, poterit recipere majorem gratiam, si dispositio ejus, licet parvi temporis, praestet dispositioni alterius, tamen longioris temporis. Per accidens ergo est, quod ille qui accipit parvam hostiam, recipiat minorem gratiam.

Sic plura alia sunt, quae per accidens possunt conducere ad majorem effectum; v. g. tardior adventus Presbyteri, vel quod retineat aliquam particulam in ore, quam postea deglutiat, ex quo sequitur longior praeparatio communicaturi. Ita docet Lugo supra num. 65. postquam n. 54. docuisset majorem durationem actus esse meliorem dispositionem, ita post communionem, sicut ante communionem; adeo ut idem actus continuatus post communionem sit moraliter loquendo melior dispositio, quam in principio; & per consequens, inquit Eminentissimus, Eucharistia habebit novum effectum.

Imò consequenter addo, etiamsi prior dispositio actualis fieret magis remissa, vel si adveniret alius actus minus bonus, quam praecedens, adhuc dari novum effectum; quia ille actus licet remissus, licet minus bonus, adhuc tamen addit meritum & bonitatem novam, & per consequens melior resultat dispositio ex actu hoc & praecedenti, quam ex solo praecedenti. Haecenus Card.

Ipsam oppugnat Dicastillo, & tantam quidem contentione, ut Herculi clavam e manibus extorquere velle videatur. Vide disp. 8. n. 45. & 46. ubi in fine sic ait: Haec, quae diximus, non facile percipiuntur, si tamen percipiuntur, videntur vim habere.

Sanè ego non percipio, & dubito an ipse Dicastillo perciperit, & ideo illis resellendis superfedeo. Hoc unicum dico, & Dicastillo nem, & ceteros omnes, qui admittunt crescere effectum Sacramenti crescente dispositione

tempore sumptionis, eandem pati difficultatem. Videant quid ibi respondeant, & clarè percipient; quid hic debeant respondere. Ad alia pergo, &

Objicio rursus contra Conclusionem: ex illa videtur consecrarium, eum, qui peccaret mortaliter tempore quo durat species in stomacho, committere sacrilegium mortale, quoniam impedit effectum Sacramenti. Et per consequens, qui suscepisset Sacramentum in statu peccati mortalis, teneretur statim post conteri, cum adhuc possit recipere effectum.

Utramque sequelam videtur concedere Suarez disp. 63. sect. 7. Equidem aliter responderi posset, Negando primam Consequentiam: alioquin etiam peccaret mortaliter, qui non poneret majorem dispositionem, quod est contra sensum omnium fidelium, etiam maximè timoratorum; peccaret, inquam, mortaliter; quia & ipse impedit majorem effectum in nostra sententia, & ex consequenti peccaret mortaliter, qui ante communionem non se optimo modo disponderet; quod constat apud omnes esse falsum. Nulla itaque est obligatio praecise ex ratione Sacramenti procurandi torum ejus effectum, quem potest habere; sed sufficit dispositio ad effectum gratiae sanctificantis, quantumcumque minima. Vide quae diximus disp. 1. sect. 8. concl. 3.

Cum ergo in primo casu, ut supponitur, Eucharistia habuerit suum effectum, & solum per peccatum subsequens impediatur à majore effectum, ex hoc capite non contrahitur specialis malitia sacrilegii. Neque Suarez illud allegat; sed simpliciter dicit: Si statim post communionem, quando homo est certus adhuc in se Christum habere, mortaliter peccet, sine dubio gravem injuriam Christo facit, & specialem malitiam inde contrahit. Haec ille. Fortè, quia peccat in speciali praesentia Legislatore, & retinet Christum in vase immundo.

Porro in secundo casu, cum nullum Eucharistia adhuc habuerit effectum, si possit habere (de quo aliqui disputant) indubitanter tenetur se ad illum disponere, saltem per contritionem; nam ad confessionem nemo obligatur, nisi ante sumptionem. Neque hoc magis durum alicui videri debet, quam quod ante sumptionem per contritionem, imò per confessionem peccator se debeat praeparare.

Putat autem Suarius supra, & merito, hoc peccatum non esse distinctum ab indigna sumptione; sed esse idem factum gravius ex hac circumstantia. Addit ob inadvertentiam facile posse hominem excusari ab hac malitia; praesertim cum sit valde incertum tempus, pro quo durat sacramentalis Christi praesentia.

Accedit, nostram Conclusionem non esse certam, & ideo propter ignorantiam vel contrariam opinionem probabilem, intervenire posse praedictam excusationem.

Quin

35. An qui peccaret mortaliter tempore quo durat species in stomacho, committeret sacrilegium mortale?

Suarez

Videret quod non

Suarez

46. Qui suscepisset Sacramentum in malo statu, teneretur statim post conteri, si possit habere effectum.

n. 40. est. in. equi. dem. esse. non. esse. in. infinitum.

41. Cibum. spiritus. sancti. non. est. panis. et. vinum.

44. Praesens. est. quod. parva. hostia. det. minor. gratiam.

Objection. 1.

Solutio.

quem. oportet. praeparare. Dicastillo.

Gratia. beatitudinis. est. in. Sacramento. non. est. in. actu. dispositionis.

quod negat
Lugo;

Quinimo Lugo supra, quamvis doceat nobiscum Eucharistiam causare augmentum gratiae, quamdiu perseverat integra in stomacho, si crescat dispositio, negat tamen causare aliquando primam gratiam; id est, primum effectum gratiae; & ideo n. 64. excusat huiusmodi peccatorem ab obligatione statim procurandi contritionem; quia quamvis contretur, equidem non reciperet effectum gratiae.

47.
sed non fa-
tis conse-
quenter.

Quod non videtur satis consequenter dictum: siquidem & talis effectus maxime dignus est Christi benigntate & efficaciam in redimendo & salvando homine; nam, ut ait Suarez supra, si ad hunc finem venit in hominem per hoc Sacramentum, ut illum sibi uniat, & in itinere veniens non invenit illum dispositum: antequam verò discedat, homo se convertit ac disponit, cur non operabitur effectum in illo, propter quem ad eum sacramentaliter venit?

Responsio
Lugonis

Respondet Card. quia licet cibus adhuc sit in stomacho, non tamen prodest, nisi prout cibus voluntarius, seu voluntarie acceptus: tunc autem non potest eo modo prodesse, quia acceptio voluntaria facta fuit in statu peccati; perseverantia autem sola non sufficit, nisi prout conjuncta cum voluntaria acceptione illius cibi.

agitur.

Insignis petitio principii! Id nam quae probatum oportuit, non suppositum. Enim verò si non ipsi manducationi, sed cibo manducato promittitur gratia, ex quo capite requiritur manducatio voluntaria in statu gratiae? Nonne & peccator voluntarie manducat, & accedente postmodum legitima dispositione, habet dignè in se Christum manducatum? Haber profecto. Cur ergo non habebit fructum, qui potius promissus est cibo manducato, quam ipsi manducationi? Qui manducat (inquit Christus) *meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Gratia ergo requiritur à Lugone, ut acceptio fiat in statu gratiae.

Et quidem si in hæreere volumus similitudini panis materialis, quid refert ad nutritionem corporalem, sive stomachus sit dispositus, dum cibus corporalis primò sumitur, sive postmodum disponatur cibo in stomacho adhuc perseverante? Hercule cibus aliquando sumitur etiam ad stomachum indispositum disponendum.

48.
Non est li-
citurum com-
municare
in malo sta-
tu, cum
proposito
conferendi
ante cor-
ruptionem
specierum.

Dices: ergo etiam licitum erit communicare in malo statu, dummodò adsit propositum statim consistendi post communionem ante corruptionem specierum. Probatur sequela; quia sic non fraudaretur Sacramentum suo effectu.

Resp. Negando Consequentiam; quia in primis peccatur contra præceptum positivum divinum consistendi ante communionem, de quo sectione sequenti. Deinde hoc ipso quo sumitur Sacramentum, significatur gratia præ-

sens: ergo significatio falsa, in qua consistit malitia indigna sumptionis.

Contra; etiam significat gratiam dum perseverat in stomacho: ergo etiam significatio falsa, & per consequens peccatum mortale, si impediatur ejus causalitas.

Resp. non significat absolute; sed solum sub conditione, si non fuerit prius collata, vel si melior dispositio advenerit.

Contra: ergo si Sacerdos sumptà unà parte hostiæ incidat in peccatum, non debet procurare statim gratiam ad dignè sumendam alteram hostiæ partem. Probo Consequentiam; quia secunda pars non significat, nec causat gratiam, nisi sub illis conditionibus, si antea non fuerit collata, vel nisi melior dispositio accesserit.

Resp. Negando Consequentiam. Disparitatem do: quia secunda pars hostiæ est diversum signum gratiæ, saltem partiale, à prima parte; adeoque independentem ab illa debet esse signum verum; non erit autem signum verum, si cum peccato suscipiatur: quamvis enim de facto non causet gratiam, quando invenit illam causatam à prima parte; causaret equidem, si prima pars propter obicem non causasset, vel si gratia accepta per peccatum superveniens foret deperdita: cum ergo in casu nostro gratia accepta per primam partem sit deperdita, nisi rursum talis homo se disponat ad effectum gratiæ, reddit, quantum in se est, signum sacramentale falsum: ergo peccat novo peccato mortali.

Potèd Eucharistia primò sumpta, & in stomacho perseverans, est unum prolixum & idem signum sacramentale, quod proinde semel verum, semper verum; adeò ut de Eucharistia perseverante in homine peccatore, verum sit dicere: hoc Sacramentum contulit effectum gratiæ sanctificantis, quod falsum est dicere de secunda parte hostiæ, etsi prima gratiam contulisset. Cui displicet hæc responsio, querat meliorem.

Solum ob stare videtur hoc argumentum. Si secunda pars hostiæ est distinctum Sacramentum, saltem partiale: ergo semper causabit distinctam gratiam, saltem partialem; consequens est falsum secundum communem sententiam; ergo & antecedens. Huic argumento responderi debent, quicumque docent utramque speciem non conferre majorem gratiam, nisi interea crescat dispositio fumentis, de quo Conclusionem sequenti.

Finio præsentem Conclusionem, quam vocavi verisimilem, non ausim dicere, magis probabilem, quamvis sit magis pia. Profectò sola pietas, ut bene Adversarii advertunt, haud sufficit ut firmiter asseratur, Deum aliquid voluisse, cujus contrarium propter altissimas alias causas, fines & rationes velle potuit. Etenim potuisset omnibus peccatoribus decernere gratiam,

gratiam, quâ converterentur & salarentur; fuisseque maximè conforme divinæ benignitati & misericordiæ, quis ausit negare? Non tamen ideo factum est. Potuit Christus sic instituere hoc Sacramentum, ut utraque species majorem conferret gratiam, quàm altera seorsim; fuisseque conforme divinæ pietati & misericordiæ, an ideo factum est? Resp.

CONCLUSIO VI.

Probabile est utramque speciem Eucharistiæ conferre majorem gratiam, quàm singulæ seorsim.

Non ideo præcisè, quia sic potuit Christus velle, fuisseque conforme divinæ pietati & misericordiæ; sed quia sunt signa sacramentalia specie partiali distincta, ut probavimus sect. 1. hujus disputationis conclusione 5. quorum unum instar cibi per se significat Corpus Christi, alterum instar potus Sanguinem Christi; utramque autem simul est symbolum integri & perfecti convivii spiritualis, & perfectæ sateratis animæ, quàm singulæ species seorsim non significant. Cur ergo lingulis non respondeat diversus gratiæ effectus? Sacramenta quippe causant, quod significant. Sicuti ergo significatio diversa, ita & causalitas.

Significatio, inquam, diversa etiam ex parte rei per se significatæ, & non solum ex parte signi, vel modi significandi; prout certitur in Baptismo collato per trinam immersionem ad significandum expressissimam Sanctissimam Trinitatem, qui propterea non habet majorem effectum; quia res per se significata est eadem, quamvis modus significandi diversus.

Et ulterior ratio diversitatis est: quia ille modus baptizandi per trinam immersionem est institutionis humanæ, quæ nequit dare augmentum gratiæ; in præsentem autem diversam significationem specierum est ex institutione Christi, ut patet.

Pro hac sententia citat Dicastillo disp. 10. n. 206. Alensem, Casalium, Arborem, Vasquezum, Hurtadum, & alios, quos & ipse cum Lugone sequitur, addens: Inter cætera auctoritatis fundamenta, non parùm momenti habet, quòd Doctor Franciscus Blanco, vir doctrinæ & morum integritate æquè conspicuus, & Archiepiscopi Compostellani dignitate fulgens, qui quæ interfuit Concilio Tridentino, ut testantur Henriquez (licet tacito nomine) Lugo, Vasquez & alii, affirmabat eam fuisse mentem & unanimes sententiam Patrum Concilii; sed noluisse extra tempus id definire.

Credis hoc? Ego non credo; tum quia insufficientis fundamentum definitionis, cum neque ex Patribus, neque ex Scriptura, aut Traditione aliquid certi pro ista opinione possit colligi:

tum quia ipse Dicastillo ibidem n. 205. pro opposita sententia refert Præsidem Conc. Tridentini Hosium. Præterea citat pro eadem doctrina Petrum Soto, Alphonsium à Castro, Didacum Payva, Hesselanum, Claudium, qui Tridentino interfuerunt, & in eo claruerunt. Adde Salmeronem & Ruardum. Idem docent Bellarminus, & multi alii post Tridentinum, & ante Tridentinum D. Thom. aliique Doctores quàm plurimi.

Imò aliqui illorum sententiam suam putant esse certam ex ipso Tridentino sess. 21. c. 3. ibi: *Ac propterea quòd ad fructum atinet, nullâ gratiâ necessariâ ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.*

Sed in hoc graviter errant. Non enim disputatur inter Doctores Catholicos de gratia necessaria ad salutem (ad quam Hæretici requirunt sumptionem utriusque speciei, quos Concilium ibi damnat) sed de gratia utili ad salutem. Unde cum Tridentinum loquatur de gratia necessaria, aperte indicat se velle à præsentem controversiam abstrahere.

Nec valet argumentum, desumptum ex illa definitione de gratia necessaria, ad gratiam utilem: fieri quippe potest, ut aliquid non requiratur ad necessitatem, quod tamen requiritur ad utilitatem. Quamvis ergo gratia per utramque speciem conferenda non sit necessaria, posset equidem esse utilis ad salutem, quàm gratia per unam solam speciem collata.

Igitur melius probant alii istam sententiâ ex præsentia totius Christi sub una specie sola. Quia, inquit, tota ratio efficacis hujus Sacramenti fundatur in reali præsentia Christi Domini tamquam fontis omnis gratiæ sub his speciebus sensibilibus; atqui hæc præsentia tam est perfecta sub una specie, quàm sub utraque: ergo &c.

Minor est de Fide, ut patuit supra, agendo de præsentia Christi in Sacramento. Major verò probatur, tum ex verbis Christi Joan. 6. ubi simpliciter manducanti Corpus suum, & bibenti Sanguinè promittitur effectus hujus Sacramenti: tum ex Tridentino supra, ubi hinc probat communicantes sub una specie nullâ gratiâ necessariâ fraudari; quia Christus ibi contentus est.

Hæc sunt verba Concilii: *Insuper declaratæ quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in sumptura illa Cœnâ hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit; tamen fatendum esse etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi; ac propterea quòd ad fructum atinet &c.* Porro Christus, qui ibi sumitur, non est tantum fons gratiæ necessariæ, sed etiam utilis ad salutem. Quis hoc audeat negare? Ergo quòd hoc Sacramentum conferat gratiam simpliciter, sive utilem, sive necessariam, id totum fundatur in eo, quòd Christus ibi contineatur ut fons omnium gratiarum. Argumentum haud contemnendum; sed quod tamen non convincit.

I i Resp.

uti & pro opposita. Petrus Soto, Alphonsus à Castro, Didacus Payva, Joan. Hesselanum, Claudium.

53. quam quidam putant ex Tridentino esse certam.

sed errant

cum aliud sit gratia necessaria & gratia utilis.

54. Melius ergo alii probant ex præsentia totius Christi sub una specie.

Joan. 6.

Trident.

qui non tantum est fons gratiæ necessariæ, sed etiam utilis.

55. Hoc equidem argumentum non convincit:

Joan. 6.

cum non solum presentia, sed etiam species sit attribuenda gratia causalitas?

adeoque sub una specie non continetur totum & integrum Sacramentum, etiam totus Christus?

56.

quod ultimum sine heresi negari non potest.

57.

Qualibet species non significat plenitudinem

Resp. ergo ad Majorem; efficaciam hujus Sacramenti sic fundari in presentia Christi, ut tamen non excludantur ipsae species, quae sunt signum sensibile, cui tamquam causae instrumentali promittitur vita aeterna. Qui enim dixit Joan. 6. v. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. v. 56. subjunxit: Caro mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus. Quomodo cibus, nisi ratione specierum panis, & quomodo potus, nisi propter species vini? Imò quo modo manducatur caro Christi nisi sub speciebus panis, & quomodo bibitur ejus Sanguis nisi sub speciebus vini? Ergo non solum presentiae promittitur gratia; sed magis speciebus, sub quibus praesens est. Et quamvis res praesens sit eadem, praesentia tamen est distincta, non solum numero, sed etiam specie, quia ipsae species sacramentales, quae sunt terminus istius praesentiae, ita sunt distinctae. Quidni ergo illae praesentiae & illae species causent distinctam numero gratiam?

Ex quo Respondeo ad Minorem: nefas sit dubitare, quin totus & integer Christus continetur sub una sola specie. Sed numquid ideo sub una sola specie continetur totum & integrum Sacramentum, sive totum & integrum convivium? Certè Conc. Trident. supra allegatum, cum dixisset sub altera tantum specie sumi totum atque integrum Christum, non addidit, Totumque Sacramentum, sed, Verumque Sacramentum; ac propterea quod ad fructum atinet Sacramenti, nulla gratia necessaria ad salutem is defraudatur, qui unam speciem solum accipit, quia videlicet accipit verum Sacramentum, quo fit, ut sumptione unius speciei impleatur praeceptum Communionis necessarium ad salutem; non enim praecipitur sumptio integri convivii, sed veri Sacramenti.

Cur autem Concilium praemiserit, totum & integrum Christum contineri, ratio est, ut excluderet errorem, in quem incidere possent Bohemi, & alii, ac de quo valde suspecti erant omnes petentes utramque speciem, videlicet iis, quibus negaretur species vini, negari quoque Sanguinem Christi.

Et si quidem Minor argumenti nihil aliud velit, quam quod sub una specie totus & integer Christus existat; hinc heresi non potest negari. Sin autem intelligat ipsam praesentiam Christi tam perfectam esse sub una specie, quam sub utraque, constat illam esse falsam, loquendo de perfectione extensiva; quia sub utraque specie habet duplicem praesentiam, per quam constituitur formaliter in ratione cibi & potus, ac proinde integri convivii seu refectionis: sub una autem specie tantum habet unam praesentiam, per quam formaliter constituitur vel sub ratione cibi tantum, vel solum sub ratione potus.

Contra primo; qualibet species significat plenitudinem convivii, tamen confusè & implicite. Resp. Negando Assumptum; quia panis (idem est de vino) non consecratur sub

ratione aliqua communi, sed sub speciali ratione cibi; cibus autem, ut talis, non significat, nequidem confusè & implicite, completam refectionem seu satietatem.

Unde non dixit Christus Joan. 6. Caro mea vere est cibus, vel alimentum utrumque, sed, Caro mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus; ut significaret Corpori suo sub speciebus panis competere illos effectus spiritualiter, quos cibus materialis operatur corporaliter; & Sanguini sub speciebus vini illos effectus spiritualiter, quos vinum materiale operatur corporaliter.

Sed instas: continetur etiam Sanguis sub speciebus panis. Resp. non ideo sacramentaliter bibitur; sicut v. g. liquor admixtus cibo, & simul cum eo transiens, non dicitur bibi, sed manducari; & ideo multi docent vinum officii imbibitum non esse validam materiam consecrationis. Vide lect. 2. hujus disp. concl. 4.

Haec est doctrina Innocentii III. lib. 4. de Myst. Missae cap. 21. ibi: Et quamvis sub specie panis Sanguis sumatur cum Corpore, & sub specie vini Corpus sumatur cum Sanguine: tamen nec Sanguis sub specie panis, nec Corpus sub specie vini bibitur aut comeditur; quia sicut nec Sanguis comeditur, nec Corpus bibitur, ita neutrum sub specie panis bibitur, aut sub specie vini comeditur. Jam autem non solum manducationi, sive Corpori potato suus promittitur effectus.

Audio replicantem: in corpore non est idem fames, & sitis, & idcirco cibus & potus materialis habent diversos effectus: porò in anima sunt idem, & resectio est eadem, scilicet gratia sanctificans ejusdem rationis.

Resp. etiam aliorum Sacramentorum gratia est eadem, & tamen diversa Sacramenta causant diversum effectum, augendo scilicet gratiam praesistentem, &tribuendo diversa auxilia gratiae.

Atque ita videtur fieri in proposito, juxta illud quod Ecclesia cantat in Hymno Corporis Christi: Dedit fragilibus Corporis scirculum, delectum & tristibus Sanguinis poculum; quasi dicat: effectus cibi spiritualis est nutrire, roborando fragiles; effectus vero potus spiritualis, nutrire, laetificando animam tristem. Quod in spiritu praevident Regius Propheta, cecinit olim dicens: Vi educas panem de terra, & vinum laetificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Psalmo 103. v. 15.

Unde etiam effectus calicis solet vocari in Scriptura inebriatio, Psal. 22. v. 5. Et calix meus inebrians, quoniam praclarus est? Quia videlicet illa hilaritate mentis animus quasi fit insensibilis ad labores & tribulationes perferendas.

Haud equidem ignoro explicationem alicujus recentis Auctoris; videlicet Ecclesiam ad describere singulis speciebus singulos effectus, sed per quamdam tantum accommodationem; nam Hymnus

Hymnus ille compositus est à D. Thoma, qui tamen tenet sententiam negativam q. 80. a. 12. ad 3. dicens: Potest autem à populo Corpus sine Sanguine sumi: nec exinde sequitur aliquid detrimentum, nam Sacerdos in persona omnium Sanguinem offert & sumit, & sub utraque specie totus Christus continetur.

Præterea ipsæ species panis lætificant, & species vini confortant, cum cibus spiritualis sit simul potus, & contrà, ut notat D. August. Tract. 25. in Joan. & in illud Psal. 103. Panis cor hominis confirmat.

Verùm quod ad Doctorem Angelicum attinet, nihil obstat quò minus intelligatur in sensu Conc. Trident. de gratia necessaria ad salutem, quasi diceret: Nec exinde sequitur aliquid detrimentum in gratia necessaria ad salutem. Certè non plùs exigit ejus probatio, ut ex dictis liquet.

De mente D. Aug. quid dicam? Adferam ejus verba, ut omnes possint judicare de veritate. Primo loco citato sic interpretatur illa verba Joan. 6. v. 35. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam. Sic, inquam, interpretatur: Qui venit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me, & quod dixit non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet unquam. Vtrobique illa significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. Quid hæc ad propositum?

Et estò voluerit, quod Adversarii intendunt, tantum sequitur, quod per alteram speciem accipiatur gratia necessaria ad æternam satietatem id est, salutem.

Sed videamus Explanationem Psalmi: Quid est hoc frater? Quasi coegit intelligi de quò pane diceret. Panis enim iste visibilis stomachum confirmat, ventrem confirmat. Est alius panis, qui cor confirmat, quia panis est cordis. Jam enim dixerat de pane superius: Ut educat panem de terra, sed non dixerat, qualis panis sit ille. Et vinum lætificet cor hominis. Videtur iam dicere de spiritali vino, nam id lætificat cor hominis.

Et post pauca: Est ergo vinum, cui dicitur lætificat cor, & non novit aliud nisi lætificat cor. Sed ne putes, hoc quidem de spiritali vino debere accipi: de illo autem pane non, quod & ipse spiritalis sit; sed exposuit & ipsum, & panis, inquit, cor hominis confirmat.

Ecce distinctissimè soli vino spiritali adscribit lætificationem cordis, & pani spiritali confirmationem cordis.

Sequitur: ergo sic accipe de pane, quemodò accipis de vino. Vinus esuri, vinus siti. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturantur. Panis ille iustitia est, vinum illud iustitia est, veritas est, veritas Christus est: Ego sum, inquit, panis vivus, qui de celo descendi: Et, Ego sum vitis, vos sarmenta; & panis cor hominis confirmat. Hæcenus Aug. sed magis propria sententia, quam Adversariorum.

Panis quidem Christus est, vinum Christus est: sed quid inde? Nonne repugnat eundem Christum sub diversis speciebus diversam conferre gratiam? Idem Deus est, qui causat gratiam Baptismi, Confirmationis &c. num ideo eandem numero? Idem Christus est qui manducatur diversis temporibus, an idcirco conferat eandem numero gratiam? Ergo ex eo, quod sub speciebus vini continetur totus & integer Christus, idem, qui sub speciebus panis, hæc rectè inferitur, species vini non conferre augmentum gratiæ præxistentis.

Profectò species vini habere virtutem causandi gratiam, nemo Catholicus potest dubitare; imò de facto causare, si solæ sumantur, aut si gratia priùs accepta per species panis fuerit per peccatum amissa, omnes concedunt. Cur ergo negabimus ipsis effectum gratiæ, si simul sumantur? Neque enim pronissio facta est sub conditione separatæ sumptionis. Et incredibile videtur Apostolos in ultima Cœna nihil fructus accepisse ex sumptione calicis.

Ipse Christus pincerna (inquit Cypr. lib. de Card. Christi operibus homilia de Cœna Domini) porrexit hoc poculum, & docuit ut non tantum exterius hoc Sanguine lavemur, sed & interiori asperione omnipotentis anima muniretur. Parùm certè munitur anima interiori Sanguine Christi, si nullum ex ejus sumptione percipit fructum.

Orat Sacerdos post sumptionem primæ speciei, ut Sanguis, quem vult accipere, custodiat animam ejus in vitam æternam. Orat post sumptionem utriusque speciei sæpissimè dicens: Refecti cibo, potuq; celesti. Qualis custodia, qualis relectio, si nulla ex sumptione Sanguinis gratia?

Dices; causat eandem gratiam. Resp. gratiam jam datam nullo modo pendere à sumptione calicis, ut patet in eo, qui moritur post sumptionem Corporis: ergo non causatur à Sanguine, sed causaretur, nisi esset causata. Gratis autem dicitur effectum tunc dividi à Deo; si enim dispositio est sufficiens, & similiter causa, cur Deus suspenderet illum effectum? Enimverò jam talis esset peioris conditionis, quam alius qui solum unam speciem sumeret; quippe ante sumptionem calicis illo tempore intermedio careret illo augmento gratiæ, quod alter statim acciperet, & si moreretur, in æternum illo augmento privaretur, quod videtur parùm consonum divinæ bonitati & institutioni hujus Sacramenti.

Confirmatur ex Bulla Clementis VI. anno 1341. in qua Regi Galliæ (Valquez refert Angliæ) concedit facultatem communicandi sub utraque specie: Concedimus, inquit, ut quotiescumque volueritis, liceat communicare sub utraque specie ad augmentum gratiæ.

Respondet Dicastillo disp. 10. n. 206. cum aliis, explicari posse de augmento gratiæ ex opere operantis; sicuti si alicubi prohiberetur effectus

Specie vni
ni causant
gratiam, &
solæ suman-
tur, aut si
prior gratia
fuerit amil-
ta.

Pro Con-
clusionem fa-
cit D. Cypri-

Sacerdos
post sum-
ptionem
primæ spe-
ciei orat, ut
Sanguis
custodiat
animam
ejus.

62.
Obiectio
solvitur.

Gratia data
per primam
speciem
nullo modo
dependet à
sumptione
alterius
speciei.

Confirma-
tur Concl.
ex Bulla
Clem. VI.

63.
quæ à Dic-
castillone
explicatur

de augmen-
to gratiæ ex
opere ope-
ratis

esset audire, nisi tantum unam Missam, & Superior concederet alicui facultatem audiendi duas, posset dicere: *Concedo tibi facultatem, ut ad augmentum gratiæ p[er] s[er]v[is] duas Missas aud[er]e.* Nec tamen ideo sequitur, cum Superiorem sentire ex opere operato conferri gratiæ & devotionis augmentum per illam secundam auditionem.

Sed contra; disparitas est, quod prima Missa non conferat gratiam ex opere operato; ergo concessio auditionis secundæ non potest de tali augmento intelligi: hinc autem sumptio unius speciei causat gratiam ex opere operato, & secunda potest causare; ergo verba Pontificis accipienda sunt de augmento ex opere operato.

sed melius
de augmen-
to gratiæ
ex opere
operato.

Hinc melius dici posset, verba Pontificis intelligenda esse de augmento ex opere operato; sed supposita melioratione dispositionis, quæ in tali casu facilis est, in d[omi]ni quasi ordinaria; si diuturnior dispositio sit melior, secundum Lugonem supra n. 54.

Exo.
64.

Dices rursum: si diversæ species conferunt diversas gratias, ergo etiam diversæ partes ejusdem speciei.

Diversæ
partes eju-
sdem speciei
non confe-
runt distin-
ctas gratias,
nisi sumen-
tur diversis
moraliter ex
manduca-
tionibus.

Resp. distinguendo Consequens: ergo etiam diversæ partes ejusdem speciei, si diversis moraliter manducat omnibus sumantur. Concedo totum: si unâ & eadem, Nego Consequentiam, Ratio discriminis est: quia speciebus manducatis promittitur gratia; ergo ubi manducatio unica, unicus erit effectus, & ubi multiplex, etiam multiplex est effectus.

Optimè, inquis; sed manet difficultas, quare sicut cibus materialis in majori quantitate acceptus majorem causat effectum nutritionis corporalis, quam cibus minoris quantitatis; quare, inquam, similiter magna hostia unicâ manducatione non conferat majorem effectum gratiæ, quam hostia parva.

Ratio à
priori vo-
luntas in-
situentis.

Resp. rationem à priori esse voluntatem insituentis, quam colligimus ex communi sensu Ecclesiæ. Sanè vel ex hoc etiam factis liquet, non esse omnimodam similitudinem inter effectum cibi materialis & spiritualis. Et quid mirum, cum cibus materialis nutriat per conversionem sui in alium; è converso verò cibus spiritualis per conversionem alii in se? Et Christus nonne idem est sub parva & magna hostia? Nisi ergo accedat nov. manducatio, semper erit idem effectus.

65.
Obiectio
solvitur.

Sed contra primò: ergo erit melius sumere magnam hostiam, & per partes successive manducare. Resp. Negando Consequentiam; quia non licet communicare bis in die, tamen certum sit secundam Communionem conferre novam gratiam. Observandus ergo est ritus Ecclesiæ; nec semper expedit aliquid, eo ipso, quo aptum est conferre augmentum gratiæ.

Dicaftillo.

Unde merito admoniti fuerunt Confessarii à Cardinale Antonio Zapata (ut refert Dicaftillo disp. 8. n. 42.) Supremo Inquisitore, &

in Archiepiscopatu Toletano Coadministrato- re, ne cui darent plures particulas, quamvis probabilissimum sit, quòd crelescente dispositione tempore sumptionis, etiam crescat effectus gratiæ.

Contra secundò; sumptio utriusque speciei à Sacerdote in Sacrificio Missæ est etiam unica manducatio. Resp. est manducatio & bibitio, quæ sunt actiones moraliter distinctæ, licet physicè possint conjungi.

Et si urgeas: saltem est idem convivium, Resp. non promittitur gratia convivio indivisibiliter; sed Corpori manducato, & Sanguini potato, ut dependent, ut supra dixi, à conjunctione aut separatione physica.

Quinimò, quia convivium (ut constat ex Antiphona, quam canit Ecclesia ad Magnificat in secundis Vesp[er]is Corporis Christi: *O Sa- cramentum convivium* &c.) ideo utraque species plus continet vi verborum, plus significat vi verborum, & per consequens plus gratiæ confert, quam altera species seorsim, quæ non rectè dicitur convivium; quia quantum est ex vi verborum, vel est solus cibus, vel solus potus, cum tamen convivium ex vi verbi importet cibum & potum.

Dixi, *ex vi verborum*; quia saltem per concomitantiam hodie sub unaquaque specie continetur cibus, & potus. In triduo mortis si fuisset facta consecratio, aliter se res habuisset. Unde aliqui pro indubitato habent, quòd saltem tunc non tantum gratiæ contulisset una species, quam utraque. Et inferunt: ergo neque nunc, quia est eadem promissio; & non augetur, aut minuitur effectus propter res per concomitantiam contentas, alioquin hodie plus gratiæ daretur per unam speciem, quam in triduo data fuisset.

Verum ad hoc respondent Adversarii, esse dubium impertinens ad decisionem presentis controversiæ; quia cum ille casus nunquam fuerit futurus, ut in triduo mortis consecraretur Sacramentum, forè nihil Christus ordinavit de modo efficacitæ, quam tunc habuisset Sacramentum sub una specie sola, vel saltem id nobis non revelavit; quamquam si conjecturis uti liceat, probabile videatur, tunc etiam unam speciem solam tantum fuisse operaturam, quantum utraque simul; quia licet tunc sub specie panis non fuisset totus Christus, sed solum Corpus cum divinitate; equidem ratione hujus divinitatis erat ibi Christus, ut fons omnis gratiæ, quia humanitas non est fons gratiæ, nisi ratione divinitatis: ergo etiam in illo casu procedit ratio supra adducta, quæ non tam fundatur in hoc, quòd totus Christus, quam quòd Christus, ut fons gratiæ, continetur sub singulis speciebus.

Et posset hæc resolutio confirmari; quia quod Joan. 6. tribuitur Corpori & Sanguini, ibidem tribuitur soli Corpori, ut etiam Tridentinum

66.

Manduca-
tio & bibi-
tio sunt
actiones
moraliter
distinctæ

Allegorice
rati te-
tum, nisi
in triduo
mortis si
utraque
species plus
gratiæ con-
tulisset

67.

Allegorice
rati te-
tum, nisi
in triduo
mortis si
utraque
species plus
gratiæ con-
tulisset

Quod Joan.
& c. tribuitur
Corpori &
Sanguini

